comparens Nobilis Adamus olim Joannis Gołembiewski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosum Andream Anselmum Szablowski in Coplawy Heredem de inscriptione super summam Quadringentorum florenorum Polonicorum modo debiti Coram Actis hisce facta et recognita de persolutione eiusdem summae Quadringentorum florenorum Polonicorum eundem Generosum Szablowski quietat et liberum facit Inscriptionemque eiusmodi cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus Hac sua personali recognitione in Comissis mediante.

Kiersnowski Quietatio.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus Nobilis Andreas Anselmus Szablowski in Szablj et Coplawy haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobilem Albertum olim Alexandri Kiersnowski de inscriptione debiti sibi recognoscenti super summam Quadringentorum florenorum Polonicorum ad duas temporum ratas Coram Actis praesentibus facta tum et de processibus eo nomine institutis ac in quovis gradu iuris dependentibus ob Comitem sufficientem satisfactionem quietat emittit Inscriptionemque et processus cum toto effectu cassat mortificat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus Patrocinio suo adiud accedente.

Golembiewski, Hermany, Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Albertus olim Alexandri Daszewic Kiersnowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbis per expressis recognovit Quia Nobili Adamo olim Joannis Gołembiewski et eius legitimis Successoribus Bonorum suorum haereditariorum in bonis Hermany consistentium per se recognoscentem a Nobili Marina Hermanowska Garcanka consorte Nobilis Alberti Kropiwnicki iure perpetuo quaesitorum Bona Omnia Mobilia et immobilia per se modo Comisso acquisita in Areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis pratis pomariis stagnis fluviis piscinis aedificiis Omnibus parvis et Magnis et gratis cum Omnibus eorundem bonorum fructibus proventibus attinentiis et

pertinentiis

2605 260

pertinen[tibus] cunctisq[ue] Commodis ex eisdem bonis Nunc et ab antiquo provenien-
tibus tum et Seminatis hyemalibus Nec non frumentis in bonis Her-
many per se antea Nobili Francisco Szablowsky resignatis depositis
Omniq[ue] iure suo Dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario
pura mera syncera ac irrevocabili donatione dedit donavit in-
scripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc in praefata bona
modo praemisso resignata intromissionem realem cum actuali ac pacifica
possessione per Ministerialem Regni generalem et Nobiles duos ad id fa-
cilius conducendos offerre acceptandam dat et admittit submittitq[ue]
se idem recognoscens cum successoribus suis eundem Donatarium suum et
ipsius Legitimos successores circa praemissorum ab Omni impedimento
iuridico et extraiuridico quarumvis personarum propinquarum
et aemularum cuiusvis sexus status et conditionis existentium
tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare Iblusq[ue]
tam per se quam per quasvis submissas ac subordinatas
personas non iniuriare imo ea bona ab Omnibus inscriptionibus
praeteritis et posterioribus factis et faciendis tum et oneribus
quibusvis semper munda et libera facere. Praeterea et Nobilem
Alexandrum Aletyso Brzeznowsky fratrem suum amitalem ad
faciendam cassationem Aviticalitatis super bona praefata per se in-
scripta quam primum statuere se submittit sub damnis Omnibus
simpliciter absq[ue] corporali iuramento taxatis et edicendis Et Coram officio
praesenti Castren[si] Capitan[eali] Bransken[si] in primo Statutis Termino tanquam perem-
ptorio peremptoria responsione Omnibus Controversys exceptionibus eva-
sionibus vera vel simplici infirmitate Citatione in Maiori Minorenni-
tate successorum tarda extraditione mala positione inordinata scriptione
diffugio quovis exceptione Nec non dilationibus quibusvis Motivis
appellationibus ac earum prosequutionibus alysq[ue] in universum iuris
remedys et defensis Legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessi-
bilibus se et suos successores Abs abscribendo et abrenunciando. Hac
sua personali recognitione in praemissis mediante.

Colembiewski Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransceen[sibus] personaliter
comparens Nobilis Anselmus Szablowsky sanus mente et corpore